ANTONII MAII BRIX. VERONAE CANONICI PRO REVERENDISS. IN CHRISTO .P. ET DOMINO .D. MARCO .S.R.E.C. EPISCOPO CARDINALE CORNELIO FVNEBRIS ORATIO.

ANDREAS CORNELIVS ABBATIAE SANCTI ZENONIS VERONAE COMMENDATARIVS ANTO-NIO MAIO CANONI-CO VERONAE .S.

LEgi orationem tuam bene lõgam, qua. M. Cornelii Patrui mei Cardinalis amplissimi immaturã mortẽ defles, & eius nomen, quantum in te est, sempiternæ gloriæ cõmendas, quæ q̃dẽ licet dolorem meũ, quẽ ex eius morte hominum opinione maiorem cæperã, penitus sanare non potuerit, neq; enim facile mihi exhauriri poterat uniuersus, tamen eum aliqua in parte leuauit. Non enim potuit non leniri mœror meus, cum patruum ab eo laudari uiderem, qui ne uestigium quidem unum ab eo, dum uiueret, discessisset, qui eius omnia facta, ac dicta, & cõsilia deniq; omnia nosset, & qui ea eloquentia esset, ut posset ea, quæ ipse uiderat, quæq; in homine, quicum familiarissime uixerat, diligenter obseruarat, scriptis illustrare, ac celebrare suis, quæ me ita delectarũt, ut cum te antea semper literatum hominem iudicarim, nũc uero doctissimum, atq; adeo eruditissimum esse existimem. Nã ut sileam ordinem, quo in patrui laudibus describendis usus es, ut omittam compositionem ipsam, quæ in oratione tua maxime elucet, quanto, Dii immortales, uerborũ splendore, quãta sententiarum grauitate eam exornasti? ut non dubitem patruum meum, si quis mortuis sensus inest, maximam ex hac tua laudatione uoluptatem esse capturum. Itaq; cum totius familiæ nostræ, tum uero meo in primis nomĩe maximas tibi gratias

ago, habeoq;, tantum enim abfuit, ut onus a nobis tibi impositũ recusaris, ut id quã libentissime subieris. Quod mehercule, si p ætatem licuisset, ipse suscepissem, idq; fecissem multorũ exẽplo & clarorum uirorum, nam et. Q. Metellus. L. Metellum patrem, &. Q. Fabius Max. Marcum filium supremis laudibus decorauit. Quin et. C. Cæsar Quæstor Iuliam amitam, uxoremq; Corneliam defunctas, & Augustus auunculum imitatus Iuliam auiam pro concione laudauit. Verum, quia id ætatis eram, ut, etiam si pro eius captu aliquam mihi in dicendo facultatem comparassem: tamen eam orationis copiam, quæ tanto uiro digna esset, afferre nõ possem: hoc tibi negocium dedimus, ut, cum eum publice, atq; in funere laudare non potueris, quãdo Egnatius uir doctissimus, & in toto terrarũ orbe maxima ingenii fama cognitissimus hanc prouinciam, nobis demandãtibus, sucepisset, orationem saltem scriberes, idq; fecimus freti uidelicet eo amore, eaq; beneuolentia, qua nos omnes prosequeris, Quod cum nobis ex sententia confeceris: ita nos tibi deuinxisti, ut nemini plus in hoc beneficiorum genere debere confiteamur. Sed quoniã est animi ingenui, cui multũ debeas, eidẽ plurimũ uelle debere, te maiorem in modũ rogamus, obsecramusq;, ut orationem hanc tuã funebrem in apertum referri facile patiaris: neq; expectes, dum inuentionis amor refrigeretur, ut eam postea diligentius repetitam tanquam lector perpendas, est enim mea quidem sententia ita ex omnibus suis partibus absoluta, ut nihil in ea possit amplius desiderari, nec tibi Lucilliano more uerendum sit, ne Persius eam legat, tam. n. Persius doctissimus, quam Lælius decimus uir bonus, & non illiteratus eam maxime probaturus est. Vale.

¶ Antonii Maii Brixi. Veronæ Canonici pro Reuerendiss. in christo. p. Dño. D. Marco, S. R. ec. episcopo cardinale Cornelio funebris oratio.

SI fieri posset, ut hominũ aliquis ab origine mundi repetens, usq; in hodiernũ diem omnium nationũ: & gentium historias perlegeret: easq; tenaci memoria retinendo singulorum gesta recẽseret, nullũ tamẽ diceret se reperisse in tanta uirorũ multitudine: & gentiũ uarietate: in tam longo tẽporis curriculo adeo sagacẽ: & ingenii acumine pollentẽ: qui aduersos huius fluctuantis uitæ euentus declinare sciuerit: uel potuerit. Ex astrologis non ille: quẽ poetæ coelum sustinere finxerunt, non ille Ptolemæus: quẽ cursus astrorum canonas instituisse græci perhibẽt. Ex mathematicis non Pythagoras, non Nicomachus, & demũ nemo unq̃ hoĩum tam scite planetarũ motus: interuallorũ spatia: supputare, secernere, in ordinẽ nectere, aut futura prædicere potuit: ut huius instabilis sæculi infelices casus euitare docuerit. Cæsar, cui fortuna arrisisse uĩ: ut crudelius posset extingui: intestina fraude: & domesticorũ insidiis in senatu misere interficit: in acie tutior: q̃ in senatu fuit: hostium manus sæpe uitauit, suorũ effugere nõ ualuit. Alexãder penetratis Ciliciæ faucibus: Mesopotamiæ ꝺcursis cãpis: tigride & euphrate superatis: fortunæ rector: quã solus oĩum mortalium in ptãte habuit: iuuenis ꝑter oĩum spem moritur. Marcus eps cardinalis Cornelius diuitiis: potẽtia: & honoribus florens in illa ætate: quæ hoĩes magis delectare solet: dũ suo Roma Venetias aduentu parentes: fratres: amicosq; lætitia ac uoluptate afficere studet: ecce febri corripit: ecce moritur. Spes hoĩum uana: Incerta hominũ consilia: Inanes hoĩum cogitationes, & (ut inquit Hesiodus) putare fallax est q̃dã: difficile uero ĩtelligere. Lætitia uertitur in moerorẽ: Gaudiũ in tristitiã: & lachrymas: dũ putat diu uiuere mortẽ a tergo instãtem: & gladiũ cruore foedatum uibrantẽ nemo uidit. Nemo illũ cito ac potius citissime moriturũ ĩtellexit. Huius grauẽ & inexorabilem sortẽ mihi cum multis cõem deflere licet. Nã ut olim ingenti quadã lætitia de illo: deq; Veronensiũ ornato incredibiliq; apparatu, quo illũ pq̃ magnifice acceperunt uerba feci: ita nũc erepta mihi omni illa hilaritate: & suauitate: qua præter cæteros plurimum delector: lachrymabundus: & Marci mortẽ moerens: quin eius funus oratione mea ce

lebrarẽ deprecantibus amicis: grauissimis illis:ornatissimisq; uiris recusare nõ potui. Qui qdẽ hoc dicendi onus ad me detulerunt, nõ qđ in dicẽdo doctior:aut facundior uestrum aliquo sim: qui ut doctissimi: ita & eloquentissimi estis, Sed qa huius præstãtissimi Cardinalis res gestæ mihi: qui ab eius latere (ut dici solet) multos annos nõ recessi: notiores sunt. Neq; uero tantũ mihi arrogo: patres amplissimi: ut hac mea orõne integerrimã eius uitam amplecti posse existimem. Subuereor.n. potius ne p laudibus: quas uiuẽti debueram: exiguã: hiulcã: aridã: & acerbitatis plenã oratiũculã reddã. Quæ.n. tanta põt ingenii ubertas existere: quæ tanta dicendi copia: qđ tã diuinũ genus orationis: quo quisq̃ possit Marci fortunæ: corporis: & animi dotes nõ dicam cõplecti orando: sed pcensere numerando? Ex Immenso itaq; dicendorũ aceruo pauca quædam: ne ingratitudinis accusari possim: dicere statui, quæ qualiacũq; erunt: si re ipsa nõ potero: uoluntate tñ: & grato erga defunctum aĩo accepta uobis reddidero. Antiquis legibus cautũ erat ne ulli Apollinis sacerdotes essent: nisi totius ciuitatis cõsensu ciuibus oĩbus præfuissent. Ex his uero ille summus pontifex singulis annis eligebat: qui superiori anno cæteris sacerdotibus excelluisse iudicabatr: Defunctis aũt funera: & sepulchra excellentius q̃ cæteris hoc mõ fiebant: capulo undiq; circundati nullo luctu: nullis lachrymis uicissim sacerdotes carminibus mortuũ laudabant: felicitatẽq; eius per totum diẽ decantabant. Hoc laudabili decreto magnifici patres: moniti singultibus gemitibusq; cõpressis Marci laudes pro uestra humanitate: & benignitate audire uelitis. Merito.n. laudandus est: & qđ multis præfuit ciuitatibus: & qđ uitæ integritatẽ ad extremũ usq; exitum pduxit: qđq; nõ solum sibi: dum uiueret: sed amicis: sed probis uiris: sed patriæ uenetæ indefesse pfuit. Quum autem eidem & generose creari: & egregie educari obtigerit: operæpretium esse existimaui tam præcipua ornamenta silentio nõ præterire. Natus est Venetiis urbe oĩum nobilissima. Plurimum autẽ referre quo qs solo nascatr, nemo prudens ibit inficias. sub cælo.n. crassissimo orti pingues: & habetes: sub tenui: & salubri acuti & solertes sunt: feruentissimis æstibus obnoxii exustis aĩorum uiribus timidiores fiunt: Qui autem frigidas regiones incolunt, ingenii: & artificii minimũ habent. Vrbs Venetiarũ temperato salutariq; aere eos educat uiros: qui & ingenio & doctrina: & eloquentia plurimum excellunt. Possem hanc rem

infinitis ppe exẽplis:& ueterꝝ & uiuentiũ cõprobare:q cũ illis antiqs cũ litari disciplina:tũ græca latinaq; facũdia:& oĩum rerũ prudẽtia certát. Ve illos nũcupatim recensere nimis esset oposũ:& oĩnis modũ excederet. N dicam fortitudinẽ:magnificentiá:benignitatẽ:fidẽ & in oẽs christianos c mentiá. Non dicá rerũ gestarum amplitudinem. Non sanctas leges: nõ omni genere bellorũ uictorias: Nõ explicabo triũphos Venetos: qui tot censeri possunt:quot pene maria sunt:partesq; terrarum. taceo antiquá ori ginẽ:ad singularem quandá laudẽ(ut breuis sim) propero. Deus.n. Vene tos præ cæteris uehementius dilexisse uidet͛, si quidẽ coegit naturam illis cedere:qđ sane mirandum est:& pene incredibile. Intra maris igit͛ fluctus & medios pelagi uortices amplissimá ciuitatem tot magnificis ædibus: tot templis symmetriarũ rationẽ habentibus, tot altissimis turribus ornatá ædifi cauerunt. Quæ pro pauiméto mare:pro mœnibus loricatis æquoris aquas habet. Cæteræ urbes mortaliũ opibus:& humana industria:iactis humi fun damentis conditæ sunt:Hæc diuina prouidentia in medio mari sita est:sola in toto orbe terrarũ aqua:terraq; peruia. Ad quam opportunis multorꝝ flu minũ deriuatiõibus, ex mediterraneis locis fruges & ad uiuendũ necessaria omnia certatim deuehunt͛. Nauigiorũ multis generibus maritimi cõmea tus ita tuto important͛:ut nullos externarũ classium:nullos infestantiũ præ donũ incursus reformident. Oẽs ad illá hincinde confluunt quasi ad tutam gentibus sedem:cõmune domiciliũ:omnibus patens emporiũ: Hospitale generis humani receptaculũ a deo optimo maximo institutũ ubi secure: ac beatissime unusquisq; uiuere posset. Finẽ hic de re Veneta dicendi facere statuerá:uerũ quia uos Clarissimi uiri in Venetorũ cõmẽdatione attentos ui deo:illud obiter & summatim attingá:quod crediderim aliarũ rerũ publica rũ Venetorũ unam rẽpu. exemplar optimũ esse. In omni quidem repu. qua tuor uirtutes esse debent. Prudentia in principibus: fortitudo in militibus: iustitia & temperantia in oibus. Quáta aũt prudentia Andreas Grittus dux præditus sit nõ solũ Italiæ populi:uerũ etiá exterarum gentiũ multæ natio nes plane nouerunt. Is in omni genere belli præliis:oppugnationibus: na ualibus pugnis:totiusq; belli instrumẽtis:& apparatu:tantus imperator est quantus apud Romanos Lucullũ fuisse legimus. Pacis:& belli tẽpore de cernendi cõsilio:gerẽdi audacia:pficiendi maturitate:sicut perpaucos ei pa

res hæc uidit ætas:ita superiorē certe neminē. Recta ratione oia regit: omnia ad imperii amplitudinē:ad subditorū salutē agenda curat. Fortitudinis aūt tantum præse Dux:cæteriq; Veneti ferūt:ut hi quidem:pro patria tuenda:pro sociis defendēdis:pro Christi fide cōseruanda quodcūq; dispendiū: quæcūq; pericula:& nauali & terrestri pugna subire nō timeāt. Quotannis classem omni telorū genere instructā emittūt:ut maria sagaci lustret indagine:turaq; nauigātibus reddāt. Vniuersam uero hanc Ciuitatē tanta temperantia moderatur:ut inferiorū: superiorūq; unus sit consensus:& una uoluntas. Quæ res adeo discordias ciuiles:& populares seditiones auertit:ut huic urbi sine factionibus:& intestinis cōtentionibus tam īmensum:tam diuturnū gerere licuerit imperiū. Quū aūt regnandi stabilimentū:& firma sedes sit iustitia:illud in primis accurate obseruari uoluerunt:ut nemini bellū:nisi lacessiti indicerent: Nemini iniuriā inferrēt: Neq; priuati:neq; cōmunis cōmodi gratia sibi alienū uendicarent. Sicut.n.iniustitia subitū est ciuitatis exitium:ita iustitia ciuitatis:& imperii ordinē:atq; salutē conseruat. Quēadmodū aūt in diapason cōsonātia uox octaua cū graui adeo cōsonat:ut quæ uox gemina est, appareat una; sic in hac ciuitate bene cōposita tēperantiæ grauitas cū iustitiæ robore tam apte cōgruit; ut duæ hæ uirtutes cōiunctæ hoc felix faustūq; imperiū sint perpetuo cōseruaturæ. Sed hactenus de Venetorū laudibus dictū sit, supra.n.humanas uires esset cūcta eo℞ pclare gesta recēsere. Longius autē progressus sum q̄ proposuerā:qm̄ ad rem Marci ptinere nemo est qui nesciat q̄ augusta ille patria ortus fuerit:in ea uero patricio℞ familia Cornelia longe floret:quæ multis ætatibus per cōsulares:prætorios triūphales uiros omnesq; & Romanorū:& Venetorū magistratus pducta in hunc usq; diem potēs illustrisq; perdurat:ex hac Marcus effulsit. Patrēq; habuit Georgium uirū in ciuitate primariū:quem grauitas in cōsultādo:benignitas in audiēdo:uigilantia in prouidēdo:rerū prudētia in disponendo: modestia in gubernādo:mētis acumē in inueinēdo:æquitas in iudicādo & admirabilem:& īmortalem reddūt. Nō degenerant filii. Frāciscus ad summos urbis magistratus euectus in legatiōe illa honorificētissima apud imperatorē ita sapiēter se gessit, ut suo ingenio induciis factis oēm bellorū timorē ab italia propulerit: Augusta aūt Maiestas in eius uirtutū testimoniū equestri illum dignitate: & aureis insignibus exornauit. Iacobus uero egre-

gns præturis & magistratibus functus id sempet efficere cõtendit, quod ad æquitatẽ:& reipu. dignitatẽ cõseruãdã attineret. Hieronymus. in Iouis magni Creta pq̃ magnifice agit. Ioãnis gloria in iuuenili ætate radicata una cu annis crescens in dies clarior efficitur de seq; magnam ortã expectationem in dies magis superat. Andreas ut sacris initiaretur Romam se cõtulit ubi inter antistites uersatus auserensis primo Eps, mox altiora petens salonensis archiepiscopus designat. Marcus hac patria:hac domo:hoc parente creatus eo pacto rudimenta:& teneros formauit annos:ut quantũ laudis:& ornamẽti:ex ciuitate:ex gente:ex patre suscepisset:tantundẽ uel amplius uirtute sua redderet. Quoniã uero messem frustra sperat:qui sata negligit:iccirco eius pater Georgius circa filiorum pueritiã:& adolescentiam:quasi circa messis urbanæ sementem:diligentiã adhibuit. Statim ille a primis annis Marcum (ut reliquos taceam) bonis moribus educandum:imbuendũq; curauit. Animis quippe nostris oẽs tendũtur insidiæ : uel ab iis:q teneros:& rudes cum acceperint inficiunt:& flectunt:ut uolũt:uel ab ea:quæ penitus in omni sensu implicata insidet mutatrix boni uoluptas malorum mater oĩum. Difficile.n.& quasi impossibile est, ut ꝓbi uiri efficiantur:q turpiter & male educãtur. Nunq̃ sane erunt in repu. optimi magistratus:nisi sint iidem uiri probatissimi a tenera scilicet ætate diligenter exculti. Nihil ꝑmittebat illum audire:uel uidere:qđ esset turpe:& minus honestum. Primã pueritiæ ꝑtem grãmatices præceptis imbuendã putauit. Tria autẽ sunt Clarissimi uiri, quæ ad uirtutẽ obeundam in hoĩe esse debent:Natura:Disciplina: & consuetudo. Initiũ a disciplina sumitur:Consuetudo fit ab exercitatione:quibus si natura addatur, opus absoluetur:sin uero istoꝝ pars ulla defuerit:uirtutẽ assequi non poterit. Quippe natura absq; disciplina cæca est:Disciplina absq; natura nulla esse poterit:& si hæc ambo in hoĩe sunt:& exercitatione carent solo natura fœcundo cõferentur: qđ si incuriæ deditur squallet:& sterilescit. Plus.n. cultor q̃ ipsa per se soli bonitas sæpe efficit. Hæc oĩa in Marco affatim cernebantur natura ipsa ad literas, ad bonos mores ducebat: Doctorũ limina frequentabat. Non deerat illi præcipuũ naturæ munus: & disciplinæ atq; eloquentiæ thesaurus memoria :qua electos ex poetarum carminibus:ex orationibus:ex historiis:& aliis dignis uoluminibus:locos facile edi scebat. Multa de antiquorũ gestis rebus memoriter:& iucunde narrabat. cũ

autem

autem profectus maxime diligētia constet:quotidie memoriā: ingeniūq; di
sputando:aliena cōplectēdo exercebat:Rhetori deinde,cū multum in grā
maticis profecisset:traditur:ut orandi facultatē doceret:quæ natura:arte: &
exercitatione cōsumitur:ut sciret in iudiciis suadere: & disuadere:præterita
laudare:uel uituperare:& de futuris deliberare.Mox ad dialecticen se con
tulit,in cuius uorticosis gyris cōsenescendū non esse iudicans philosophiæ
sacris initiatus est:ut cæli:& naturæ causas rimaretur.Hæc studia adolescen
tiā agunt:senectutē oblectant:secundas res ornant:aduersis solatiū præbēt.
cum aūt cæteræ res neq; temporum: neq; ætatū:neq; locorū omnium sint:
Hæc semp:& ubiq; nobiscum sunt:pernoctant:peregrinant:rusticant.Hæc
sunt quæ latrones:& sicarii auferre nō possunt:nec ulla senectute tabescūt.
Hinc dicebat Solon tandiu discendū:q̄diu uiuimus:minime sperando sene
nectutē ipsam nobis mentē daturā.Quæ autē maxima:& necessaria sunt:nō
diuitiis:(ut dixere plures phi) sed animi: mentisq; cogitationibus:& bonis
artibus gubernantur.Philosophia præditus se ipsum cognoscebat:qđ est sa
pere:sicut se ipsum ignorare est desipere.His disciplinis tam egregie adole
scentiā traduxit:ut futuræ senectutis ꝓbitatem præmonstraret.Per hos gra
dus liberū sibi ascensum ad Cardinalatus splendorē parauit, & ita parauit:
ut ad purpuratorū coetū Alexādro sexto pontifice maximo bene annuēte
ascenderit.Ad qđ quidem summū:sacrūq; cōciliū eos dūtaxat asciscendos
arbitrantur:q prudentia clari:innocentia singulares:& fide inuiolabiles sūt:
ut regendæ reip.christianæ onera:& ueluti axes orbem sustinere & sciant:
& possint:ne dæmonū insidiis:aut hæreticorū calumniis ī partes scindatur:
præsertim:cū Deus uoluerit unius ouilis unū pastorē esse.Si uero uolumus
lōgius altiusq; repetere:liquido comperiremus Deū inꝓtoplasto Cardina
les præfigurasse:quorū esset in uniuerso orbe fidem christi prædicare: & eā
dem aduersus pfidos tueri.Deus.n.cum Adam creare uoluisset, ex quatuor
orbis terrarū cardinibus pugno terrā comprehendit:& ex omni limo ter
ræ hominē finxit:præsignans ex homine orituros cardines:quos Cardina
les nūcupamus:quorū sapientiæ sonus exiturus erat p omnē terrā doctrina
sua & prudentia omnibus christi lumē præbentiū.Et ex quibus unus elige
retur:qui naturā humanā superans christi uicariū ageret in terris.cuiusq; po
testas nō solū in orbe terrarū uigeret:uerū etiā ad terræ centrū:& ad ipsum

cælum penetraret. Idē pontifex cōsultissime agens nec uirtutē Marcianni sed annos uirtute metiendos esse putans Romanorū exēplo: qui Marcum Valeriū Coruinū: Titū Flaminium: & supiorē Africanū admodū adolescentes posthabitis legibus cōsules creauerūt: Marcū abbatiæ sancti Zenonis Episcopatui Veronæ præfecit. Est aūt Episcopatus ille inter cæteros nobilissimus: siue ciuitatē situ: & agro amœnissimam: siue ciues bonis moribus & doctrina excellētes: siue reditus ex omni frugū gñe affluentes: siue iurisdictionē: quā cū gladii ptáte in facinorosos hoīes ad aīaduertēdum habet: spectare uolumus. Cæteꝝ Veronēses religionis: & pbitatis amátissimi: ut Marcū Epm & patronū haberēt: oīum suffragiis priuilegiū & peculiare decretū quo cauet nequis in Epm Veronēsem eligi possit: nisi Venoræ ásideat: abrogarunt: & illū magno oīum plausu: magno apparatu acceperūt. Mortuo Alexádro Romá se cōtulit: Iuliusq; scd̄s pōtifex maxīus religiōis uindex: & ecclesiasticæ libertatis iure postliminii restitutor: cū ita harū habuit: ut ipsius grauitatem in ætate iuuenili mirat᷒ patriarchali honore illū dignatus fuerit. Omitto multa beneuolentiæ argumēta: sed illud sane præcipuū est: cum in bellum oīum pnitiosissimū: quæ unq̄ hæc nr̄a ætas uidit, uel (si uerum fateri licet) audiuit: inito cum Impatore: & rege Francorum cōtra Venetos fœdere. in Italia foueret: & nomē Venetum maxīe inuisum haberet: Marcum tñ ut sanctæ romanæ ecclesiæ Cardinalē: ut filium semp dilexit: neq; unquā destitit: siquádo occasionem nactus esset: multis eum bñficiis afficere: opes eius: & honores augere. Nam Iulius pontifex iustissimus nulla aliorum iniuria adductus: quos pbos: fidosq; repererat: amabat & muneribus afficiebat. Marci ergo ītegritate motus illum puinciæ, quæ beati Petri patrimonium uocat: legatum designauit. Nihilq; unq̄ ab eo Marcus Cardina. pro suis: & amicorum cōmodis frustra poposcit. Cum autē Galli: atq; Teutones intra Galliá cisalpinā essent: & uná a q; alterá pugnā pspere pugnassent: satisq; angerentur Veneti: & pleræq; ciuitates eorum: exercitu disiecto: tum ad pōtificem: tum ad Impatorem: tum etiá ad Gallorum regem defecissent: nihil aliud tunc meditabatur: & curabat Marcus q̄ ut pontificem Venetis reconciliaret: in hoc laudatissimum: & toti Italiæ saluberrimum negocium oē studium: & diligentiam suá contulit: nec unq̄ (ut erga patriam pietas postulabat) nisi re pfecta conquieuit. Ex oībus autē argumentis, qbus pontifici recō

ciliatione pſuadebat:unum tm̄,ne hiſtorici officio fungi uideār: dicere ſta/
tui:in hunc itaq; modum Marcus loquebať. Veneti pater ſancte: claſſe na/
uarchis militibus:remigibus:omni telorū genere iſtructa Turcarum impe
tus ſuſtinere cōminus:eminusq; pugnando eos profligare:nullo ex princi/
pibus chriſtianis ſuppetias ferente nunq̄ deſtiterunt pro fide nr̄a: cuius tu
princeps:& paſtor es:uitæ & ſanguini nō parcētes Veneti pugnant:ſtant in
acie:te clypeis ſuis protegūt:pro gloria tua:pro grege tuo uulnera accipiūt:
& mortem. Cognoſce paſtor bone oues tuas:quæ uitam ipſam pro te per
manus laniorum & carnificū effundere nō recuſant. Turcarum natio belli/
coſa:potens:imperioſa:impia:uitā ipſam cōtemnens, ut chriſtianum homi
nem interficiat:ut Græciæ reliquias:ut Dalmatiā:ut demū Italiam ipſam in
cendio abſumat:ut chriſtianorū nomen ad internitionem uſq; perdat:& de
leat:quāq̄ tam late eadē Imperium ſuū propagauit: Venetoꝝ tamē robur:
& pedeſtri:& nauali pugna ei formidoloſum eſt: Quod ſi Venetorum res
euertitur:ut illi maxime omnium optant:breui tempore pater Beatiſſime
chriſtianorū millia in cruciatus in impiorū ſeruitutem diſtrahentur: nobiliſ
ſimarum mulierū:infantiumq; emporiū īſtituent:ubi de chriſtianis perinde
ac de brutis animalibus mercatura tractetur. In italiam irruent:tota eccleſia
Dei in maximo diſcrimine uerſabitur. Si omnes qui fidei Chriſti aliquid
auxilii præſtāt ſanctitati tuæ chari eſſe debēt:certe in primis Veneti:quorū
conſiliis:uirtute:periculis,diſpendio:reſpu.chriſtiana & ſalutem: & eccle/
ſiæ dignitatem īntegrā retinet. Iulius tali uerborū comitate: & lenitate: nec
non rerū geſtarum ueritate motus:& rationi cedens a curſu:quē ceperat: ut
nautæ pitiores tēpeſtati obſequētes: ne reluctādo ſubmerganť:declinauit:
& Venetos in amicitiā recepit. Cuius rei ut fama percrebuit, certiſſimam to
ti Italiæ ſpem: & optimum hoſtium fugandorum augurium attulit. Quot
quot italicæ libertatis amantiſſimi fuerant:lætati ſunt Marcum laudantes:
Italiæ uindicem appellantes:per omniū deniq; ora Marci conſilium: Mar/
ci ſapientia: Marci pietas uolitabat: Deinceps Iulius eius opera magis ute/
batur:ut ipſum quidem ter & quater in die:ſæpe ēt ſecūda: & tertia noctis
uigila aliquoties ante aurorā p uocatores accerſebat:quæ p exploratores in
tellexerat:referebat:de rebus ſtatuēdis:q̄ ad bellū ptinebāt:de fugādorū ho
ſtiū apparatu:nōnunq̄ de pace trāſigēda:de fœdere cū Impatore ineundo:

B ii

de pacis conditionibus:quo Venetis ciuitates restituerentur,cũ eo seorsũ colloquebaẽ,De qbus Marcus patrẽ per literas certiorẽ faciebat:ut de omnibus illis ad senatũ referret.Possem prope infinita recensere pro rep.Veneta per eũ acta:uerũ breuitati studens non dicam:cum arderent bella:& res Venetorũ in maximo discrimine esset:quãta celeritate patri significauit Fräciscũ Cardinalem surrẽtinum ab Hispaniæ rege catholico literas accepisse quibus ei mandabat:ut Venetos hortareẽ ad pacẽ cum Imperatore cõponendam:quãdo quidem Rex Franciæ christianissimus Ludouicus id agere cõtendebat,ut posthabitis Venetis cũ eodem rege Hispano: & Imperatore nouũ fœdus iniret:quo Veneti in prædam dederentur. Paucis interiectis diebus Iulio nunciatũ est Regem Francorũ Imparatori classẽ omni armorũ genere munitam ad subigendos ditioni suæ Venetos polliceri. qbus a Venetis intellectis:in hoc fluctuãti animorũ æstu:rebus suis præsentaneo sed prudenti iudicio bene cõsuluerunt.Non dicã quanta solertia Iuliũ adduxit ut pacis cõditiones per Cardinalẽ Currẽsem Reuerendissimũ ei oblatas renueret:quibus ille põtifici magna pollicebatur,ut in sñiam suã iret. Volebat Mutinã nõnullaq; alia oppida sub Imperio ecclesiæ esse:& quot annis quindecim millia aureorũ Ducem Ferrariæ pontifici pendere:Venetos uero Carnorũ regionẽ & plerasq; oẽs ciuitates:quas in cõtinẽti solo habebant:Impatori relinquere.Patauium & Taurisium tantum retinere:quorũ mœnia demolirẽtur & solo æquarent:ad hæc ut milites quosq; dimitterent.Delectus nõ conscriberent:militẽ legionariũ:sed ne auxiliariũ quidem ullum habere iis liceret.Nihil unq̃:nec laboribus uictus:nec timore perculsus Marcus omisit:qđ ad reip.Venetæ utilitatem spectaret:cũ uero pontifex ad debellandam Ferrariã sua oia cõsilia applicuisset:per Picenũ:& Vmbriã Bononiam contendi.tremãserunt Romæ quatuor Cardinales:qui põtificem sequi simulãtes ab eo deficiunt & ad Regẽ Franciæ cõfugiunt:mox cõciliũ quoq; contra pontificẽ induxerunt.Marcus cõtra optimũ Cardinalem agens:una cũ Hieronymo Donato p Venetis legato uiro græcis latinisq; literis eruditissimo operam dat,ut Veneti Iulio auxiliẽtur: itaq; peditum quinq; millia:Equites cataphractos quingẽtos:ferentariorũ & græcorũ equitũ duo millia Paulus Capellus ꝓuisor uir sane magnificus mature duxit:& exercitui pontificio se cõiunxit.Eius Imperator erat Franciscus Ma-

ria Vrbini Dux. In quo tot uirtutes Imperatoriæ esse re ipsa cõspiciuntur: quot in Cæsare: aut Hãnibale fuisse scriptores tradiderũt. Sed ratus pontifex facilius sibi fore ea potiri: si prius Mirandulã in potestatem suam redigeret: In proximũ castra moueri iubet. Mirandulam obsidet: muris tormenta admouet: dum hæc agerentur: tã altæ niues terrã presserunt: ut sũma equorũ pectora æquarẽt: nec altiores (ut arbitor) apud Paropamissadas gelidissimũ septẽtrionis axem spectantes: unq̃ fuere: flumina oĩa gelu constricta: uina concreta sunt: multa animalia niuis insolitus rigor exanimauit: multorũ hominum uultus & pedes adussit: multorũ oculis: dentibusq; pniciabilis fuit. Habitabat Marcus magalia oĩbus uentis patentia: nullam aliam rẽ q̃ fumũ oculis infestissimum cõtinentia. Nocte ipsa uidebat tellurẽ borea rigidam spirante gelari. Huius tanti rigoris: & in cõmodi expertes nõ fuere: qui illi ministrabant Andreas Cornelius eius frater: Andreas Mercatellus: Iacobus Comes foroiuliẽsis: & Hic quẽ auditis: quorũ cubile in terra uliginosa culcitra modico tomento farta sternebatur: lurido colore mucescebant oẽs. quicquid malorum tolerari põt pertulerunt: famẽ: sitim: uigilias: metum: frigus: lassitudinẽ. Vt uiderunt Mirandulenses fossarum aquas in durum gelu cõstrictas: & oĩa in dies sibi arctiora fieri: nõnullorum dierũ inducias fecere: pacti ut nisi ad eos Ioannes Iacobus Triultius subsidium misisset, dederẽt oppidũ: quare postea q̃ nihil inde subsidii mittebat, ad præstitutũ tẽpus: post decimũ & octauũ diem, ex quo circũsideri cœperunt: pmisere se pontifici. Paucis diebus cũ ibi pontifex statiua habuisset, inde militibus ad oppidum finale in hiberna deductis Marci Cornelii diligentia: & fide fretus: eundem alteri Marco Cardinali Senogalliensi exercitus legato collegam assignans Bononiã proficiscitur. In ea legatiõe q̃ strenue se gesserit dicere, supsedeo. Post uero cladem illã cruentã: fœdissimamq; apud Rauẽnã factam: in qua fortuna: quasi de industria inter fortissimos uiros modo spem: modo metũ utriusq; partis augendo tandiu certamen æquauit, quoad duo exercitus mutuo pene profligati sunt. Acies pontificia languescens pedẽ retulit: insequebat dissipatos uictor Romã uersus properantes. Multi tunc quorũ nominibus parco: simul ac pontificis militũ fugã intellexerunt: dominandi cupiditate inflãmati in Iuliũ arma cõuerterũt. Verũ nãq; est illud antipatri: dissẽtire ab animis gratulantiũ uultus. Adeo furor plerũq; & mala ambitio mor-

talium mentes exagitat:ut nō intelligant:quid iustū:quid decorum sit. Nullus unq̄ maior metus pontificē inuasit:secū agebat plures reges a suis q̄ ab hoste interemptos Intestinā fraudē:& domesticorū insidias neminē euitare potuisse. Marcus id tēporis Viterbi qđ patrimōii est caput degēs celerrime (ut peritū Imperatorē decet):delectus cōscribit: arcem munit: populorum aīos confirmat:p speculatores,qd hostes cōsulerent, sæpe ac sæpius intelligit:crebris literis: qd pararent:qd agerent:quorsum aciē ductarent, pontificē edocet:ea res desertores repressit:hostiū cōsilia diremit:& re cedente aliter q̄ sperarant:pedē retraxerūt, exercitū dimiserunt:defectionis ueniam rogarūt. Pōtificisq; solicitudo Marci fide:& diligētia laxata ē. His pactis Iulius pontifex Ioānis Cardi. Medicis fortunā miseratus occasionē quærebat:qua cōmode illū in patriā restituere posset. Tētari id p milites iubet: qui motis castris:Pratū oppidū nobile captū depopulanť. Interea familiæ Medicū aduersantes qdā ab Roma Florentinos clam p literas monebant quæ agi:parariq; deberent: ne uictoria Medices potirenť. Marcus aūt:qui amore incredibili Ioānē Cardinalē:& alios ex ea clarissima familia ortos psequebatur: omni adhibita solertia Viterbo transeuntiū tabellarioꝝ bulgas:uestimenta: sellarū fulcra explorās reperit tandē lr̄as p latentes notas scriptas: qbus occultius q̄ paranda erant,ad exercitū pōtificiū expugnandū:ad reprimēdos fugandosq; medices pferebanť:quas statim lr̄as pōtifex Venetias ad hanc scribēdi latebrā enucleandā cū misisset: Veneti illas adamussim interp̄tatas in usitatūq; scribēdi genus traductas ei remiserūt. Cōsiliis itaq; aduersarioꝝ cognitis: Medices facilē: quæ antea anceps erat:certāq; uictoriā sperarunt. Hæc sane Marci diligentia pfugis portū obtulit tandiu optatū, Qui.n. Medicū factioni occulte fauebant:ut primū aduersariorū cōsilia detecta:& intercisa esse audiuerunt, palā cām eorū cōmendabant:iperitos edocebāt:improbos authoritate:rōneq; cōpescebant:bonos excitabant:cunctos non solum hortabanť:uerum obsecrabant, ut Medices patriæ restituerēt:cōsulta:& decreta oīa cōtra eos rescinderent:quorum studio effectū est, ut nō solum reducti in optatā patriā:sed equis insignibus & curru deaurato reportati fuerint. Et merito qdē. Hæc.n. familia:si maioꝝ ū:sapientiam:puidentiam & rerum gestarū magnitudinem:qbus sæpius bellis crudelissimis liberata est Italia, cōminisci uolumus:clarissima:illustrisq; semper est habita. Vbi uero est

sibi & patriæ restituta, duobus pōtificibus maximis illustrior: excellētiorq; est reddita. Iulius secūdus: dum Ioānes Cardinalis iucundissima patria fruitur: uita functus est. Marcus: q Ioannē tam pfecte amabat: ut eorū cēsuerim nullos: q scribunt apud ueteres: tam arctis amicitiæ uinculis deuinctos fuisse: Cardinales Romæ agentes adibat Ioānis prudentiā: integritatē: comitatē (tam & si p sese notæ eēnt) apud illos extollit: & cōmendat. Rogat: obsecrat ut illum generis nobilitate: & religiōe clarum pōtificem eligant. Nemo. n. erat: q illum indignum arbitraret: Verum (ut fit in summorum magistratuum: & honorum petitiōe) erant: q inuiderēt: nō deerant etiam cōpetitores. At Marcus, C: Cottam in ambitu artificem imitando: sæpe rogando: Cōfirmando: Cōmouendo: Cōpetitorū officia aīaduertendo. ex cōibus pprios: ex dubiis firmos suffragatores reddidit. Re ex uoto cōposita: Ludouicum Episcopum Tricarcensem ad Ioannem Cardinalē mittit nunciatum, ut iter Romā acceleret. Hic est ille Ludouicus qui sua uirtute apud sūmos christianorū reges & principes legatū agens & patriæ: & familiæ canosiæ: ex qua ortus est (licet ipsæ p se claræ: & antiquæ sint) splēdorē: & gloriā peperit īmortalem. Ne diutius, singula recensendo, rem protrahā Ioānes oīum suffragiis pōtifex maximus declaratur: & priori noīe mutato Leo decimus nuncupatur. O uarios mutabilesq; fortunæ casus, nunc nunc illa gaudium in lachrymas, nuncnū e subito reflexu calamitates uertit in gaudium. Nemo uenturam potuit deorū nosse fortunā. Qui pauloante patria pulsus, quo nihil potest esse tristius in cōpedibus: in squallore in luctu captiuus fuerat; mox sibi ipsi: & patriæ restitutus summa cum laude totius orbis pontifex efficitur. Huius tanti bñficii nō īmemor: neq; ingratus Leo Pontifex in Marcum optimum: bñficētissimūq; se reddidit. Patauii Episcopatum: multasq; ecclesias redditibus opulentas in Marcum cōtulit: multisq; aliis pretiosis muneribus illum locupletauit & usq; ad extremū uitæ suæ tā uehemēter illū amauit: ut nullus putaret ad eum amorē aliqd accedere posse. Leo naturæ cessit. Post Adrianum q Leoni successit, & uitæ spatium adepto pōtificatu citissime cucurrit. Iulium Medicē sūmo Cardinalē ingenio oīum christianorꝝ plausu ī pōtificē Cardinales elegerunt: q Clemēs appellat. Nihil est tā arduū: tā difficile ī sūmo maxioq; pontificatu: qd cōsilio, pñs pōtifex regere: & uirtutē cōficere ñ sciat & possit. Hic christiāi ppl'i misert⁹ pricipū ac pplorū discor

dias sedabit. Ah quoties lamentatio: eiulatus: terrorq; populorũ ex barba
rorũ transitu in Italiam auditus est: quoties manus ad cælum cũ uotiuis pre
cibus porrexerũt. En unq̃ ille dies futurus: quo uacuam hostilibus armis Ita
liam uidebimus? Nũc autẽ gaudentes adesse iam diẽ illum tam longo tẽpo
re optatũ sciunt. Pontifex quasi diuinitus delectus: & Dei numine a re ipsa
oĩum præclarissima clementia ꝑpter insignẽ religionẽ: ac pietatem nomen
sortitus: ad gubernandũ mortales eximiũ decus: ex bello: tumultuq; ad pa
cẽ tranquillitatemq; Italiã reducet. Quippe studia bellica ad pacis officia:
studia uero pacis ad expeditũ uirtutis: Deiq; cultum referẽda contẽdit. huic
tam sciẽtissimo prudentissimoq; pontifici q̃ charus acceptusq; Marcus fue
rit, pretiosa donaria declarant: ex Diacono. n. presbyterũ tituli sancti Marci:
Paucis interiectis diebus: ex presbytero in Episcopũ Cardinalẽ cõsecrauit:
Qui magnus sane in ecclesia uenerãdusq; dignitatis est gradus. Hæc sũt ma
gni amoris: & beneuolentiæ indicia: quibus Marci aĩus ita deuinctus est: ut
perinde Clementẽ pontificẽ maximũ coluerit: obseruauerit: ueneratus sit:
ac si in eo Deũ, uel in deo eum coleret: obseruaret: & ueneraretur: oẽs suos
cogitatus, opera: studium: ad laudẽ ad cõmodũ, ad gloriã pontificis refere
bat. Dum morbo: quo decessit, grauiter torqueret᷑: cũ patribus Venetis ea
tractare nõ intermittebat: quæ grata: & utilissima eius beatitudini arbitrare
tur. Dicebat sæpius nõ sibi tantum curæ esse: qđ moreretur: quia se morta
lem sciebat: quantum qđ sibi nulla fuerat oblata occasio: qua pontifex ani
mum eius oĩum fidissimum: & obsequentissimum experiri potuerit: qđq;
illi de se tam bene merito gratitudinis uices nõ potuerit referre: cuius pro
summis in se meritis conãdũ esse asseuerabat manibus: pedibus: noctesq;
& dies capitis periculum adeundum, dũ ei ꝓdesset: dum gratificaretur. cum
autẽ Venetias Roma ire statueret: pontificẽ adiit: ut sibi potestatẽ abeundi
faceret (Cardinales. n. ab urbe proficisci: nisi pontifice uolente non debẽt)
Qui secum cogitans quanto calore aer arderet: in dubio fuit uotis ne Mar
ci obsequeret᷑: qđ ei timeret ab æstu infirmitatẽ: annuit tandem: monẽs cha
ritate quadam paterna: ut uitæ suæ rõnem haberet. Quoniã æstuoso tem
pore equis præcipue subinde per stationes mutatis hoĩum corpora concu
tiunt᷑: dissoluuntur: & retorrescunt. Paucis patres amplissimi: & cõpendia
rio calle qua scientia Marcus esset præditus: qua ne pietate erga patriã ute

retur

retur:& quare tot tantasq; dignitates a pontificibus fuerit affecutus pstrinxi. Restat ut qualé uitá uixerit, mihi dicédũ esse uideat. Hæc ut breuiss. me dici poterunt, ita a me narrabunt. Duplicia bona esse traditũ est humana: & diuina: dependentq; a diuinis humana forma: sanitas: uires: & diuitiæ. Diuina uero sunt Prudentia: Iustitia: Fortitudo: & Temperantia. Viuentis corporis præparatio his tribus constat ordine: modo: & specie. Ordo partiũ interualla: Modus quantitaté: species liniaméta: coloréq; digerit. Oportet. n. ut corporis mébra quæq; naturalem situm habeant ut paribus: decentibusq; interuallis distincta sint. Hunc ordinem: & modũ linearũ species artificiosa decorat. Fuit Marcus colore candido decenti rubore perfuso: capillis natura subflauis: Dentibus raris & scabris: Naso ab imo eminétiore latiore: & patulo: oculis claris: nitidis: ac uegetis: teretiũ mébrorũ æquata per totũ corpus compagine: Corpore bene constituto: facie honesta: statura breui: quá soleis aliquantulo altioribus eminétioré reddebat. Marcum aũt cũ illis antiquis forma laudatis cóferre possumus: eo magis qđ illos suo more scriptores pinxerunt, hunc uos præsenté fide certa cóspexistis. Miram quandá hilaritatem: gratiam amœnitaté & authoritaté præse ferebat: qbus hoíes alliciebant ad illũ amandũ. Loquebat modeste: cócinne & grate. Testimonio sunt: q illũ loquenté: sniamq; dicentem audiuerũt. Disceptabat grauiter: & acute: ré omnam memoriter amplectés nihil prætermittebat, qđ esset in causa uel acriter impugnandum: uel prudéter suadendũ. Incolumitatis: & uiriũ in eo tm̃ erat: quantũ sat esset ad pferendos labores ad humanam uitá cũ honestate degendam necessarios. Sunt. n, illa dei dona. & siquis putat arte accipi posse, nimiũ fallit. Quæ. n. cum hoíe nascuntur linguæ solutio: uocis sonus distinctus: confirmatio quædá: & figura totius oris & corporis. ars aliqua hæc ipsa limare potest: inseri quidé & donari ab arte nó pñt. Marcus ita cóposítus ita illis muneribus ornatꝰ erat: ut nó ex hoíe natus: sed a diuino artifice fictus uideretur. Corpus illius elementorũ quatuor téperata complexio cælo cuius est téperata substantia simillimũ reddidit: neq; humorũ excessu ab animi disposita formatione discrepabat. Prudentia. n. tanq̃ cælesti fulgore perlucebat. Hac rem. f. & publicá cómode regere sciebat. Non ignorans auté ex iis: quæ suscipiunt. in terris nullá acceptioré deo opam fore q̃ regendis ciuitatibus inuigilare: legationis patrimonii beati Petri onus assumpsit:

C

non ut auro locupletior:sed ut charitate cumulatior fieret. Mirifica in eo ne
gocio diligentia utens nihil prætermittebat: quod quauis ratione prouin
ciæ:& ciuibus conducere uideretur. Sicut.n. medici pro uirili bonam ualetu
dinē conseruantes curant:nequid ægritudinis accidat:ubi uero uel natura
malignitate:uel uiuendi coruptela in morbum inciditur:& diligenter:& ci
to:& tuto:& iucunde annituntur aut omnino:aut ex magna parte ægrota
tionem tollere, ita ipse odia:simultates: dissensiones: bella ciuilia radicitus
extirpare nitebatur. Viterbi factiones recrudescebant: quibus: cum ad ar
ma uentum est: sese interficiunt: nec mulieribus: nec infantibus parcunt:
Nihil ibi tutum:nihil quietū:assiduæ insurgebāt offensiones:assiduæ cædes
Quare sua prudentia ciuium utilitati consulens discordias inter eos com
posuit: quotidianum timorem:fallaciam: solicitudinem & extremam per
turbationem amouit: In ecclesia cathedrali:peractis rei diuinæ sacrificiis qui
bus utraq; factio interfuit:perlectis literis: in quibus reconciliationis initæ
sanctio erat:sacramento sese obstrinxerunt pacem:& concordiæ uinculum
seruaturos. Quod si quis aduersus hoc sacramentum esset:secus ue faceret:
mille aureorum pœna illum mulctatum iri. Intestinis discordiis sedatis:&
animis iracundis frenatis: per longa tempora tam quiete uixerunt:ut ea ciui
tas:aedes cōcordiæ:& pacis templum esse uideretur: Vt.n. prius cædebant
hoīes:squallebat ciuitas:sordescebant agri: sic Marci prudentia:sublata sunt
arma:splendet ciuitas:satis uberimis læti sunt agri:quæ calamitosa fuerant,
felicissima sunt: ob quæ Marco præcipuam gratiam debent Viterbenses:
quando in ocio tuto esse possunt. Ille.n.nō modo legati: sed etiam patris
officio functus est illos hortando ad huius sanctissimæ pacis synceram: &
immutabilē obseruātiā:quæ:cum & homines:& Deum testem habeat:ho
minum pariter & dei custodiā inuocat:& uiolatores hoīes multabit:& Deū
et sui ultorē habebit. Præponebat illud Agesilai:qui consultus de fœdifra
go:quid esset meritus:cum captus foret:respondisse fertur omne crucis ge
nus:qđ id existimaret omniū scelerū flagitiosissimum. Illos nanq; Plato:q
rempu.dirigunt:& a seditiōe cōseruāt diuino munere afflatos: Deoq; peni
tus plenos esse uoluit:quibus certus beatitudinis locus in cælo promittitur:
ubi beati æuo fruantur sempiterno. Probi iustiq; terrarum rectores: quasi
ad hominū utilitatē in terram missi:facile cælestē:quā pene nō reliquerant

ſedem repoſcunt. Ideoq; eos in deorũ numerum retulit antiquitas: eorũq; animas in illam ſphæram: quæ aplanes uocatur, recipi credidit. Prudentiæ inſunt rõ: intellectus: circũſpectio: prouidentia: docilitas: & cautio: quæ quã ta in Marco fuerint: dies deficeret, ſi enumerare uellem. Præſentia. n. non tã tum penſitabat: ſed præterita cũ præſentibus conferens: quæ uentura erant: facile præuidebat: ex quo ſingula per quãdam conſequentiã cõcludens: cũ res agebatur: & in deliberatiõe uentũ erat, ratione conſiliũ capere poterat: & ex eo iudicare, rẽ uel expedire uel nõ. In iudicando nunq̃ in alterã ptem ante quã cã bene porata eſſet inclinabat. Nihil unq̃: odio: amore: cupidita te: iracundia: ſpe: timore: precibus: aut pretio inductus iudicauit. Iuſtitiæ: & æquitatis adeo ſtudioſus erat, ut æque poſſet: quẽ oderat abſoluere: & quẽ amabat condẽnare. Nulla re tã lætabatur q̃ officiorũ ſuorũ conſcientia: quæ nõ ſinit hoies errare. ſed eos ſic cuſtodit: ut æqtatẽ ſeruẽt: & nemiñẽ lædãt. Conſcientia: quã a deo ĩmortali factorũ oĩum teſtem accepimus: improbo rũ animos in occultis ẽt flagitiis: ſemp excruciat: ſemp ſolicitat: eaſq; ipſas ſo licitudines: qbus animi eorũ noctes: dieſq; exedunt: a deo ĩmortali ſupplicii cã importari putãt. quos beneficiarios in adeptis p eum magiſtratibus repe riebat: nõ abdicabat: ut nouos ſubſtitueret. Dicebat. n. principũ ab æquitate circumſcriptã eſſe ptãtem: neq; eis plus licere q̃ par eſſet: neq; amicis: aut uo luntati ſuæ: ſi ab officio diſcebere nolũt: ſed rõni tm̃ obſequẽdũ eſſe. Detra here. n. aliqd alteri: & hoiem hoĩs iactura locupletare eſt maxime cõtra na turã: quia iuſti munus eſt deũ in hoc imitari: ut uelit omnibus pdeſſe: nemi ni nocere. Dãnatos facinoroſos nũq; in integrũ reſtituit: Exules nõ reduxit: res iudicatas nõ reſcidit: nefariã homicidarũ rabiem aut ſupplicio: aut exilio depreſſit. Delatoribus non credebat: niſi quantũ probaſſent: quos Opilius Macrinus: Imp. ſi nõ probarent capite afficiebat: ſi probarent delato pecu niæ pretio infames dimittebat. Iuſtitia ipſa nihil aptius ad gñis humani cõ ſeruationem: nihilq; ea mirabilius: hinc eſt qđ iuſti in ſacris lr̃is plurimũ lau dantur: Nõ aurũ: nõ argentum: nõ lapides pretioſi tantũ ualent ad ĩperia cõ ſeruãda: quãtũ iuſtitia: quæ nimia negligẽtia nõ uileſcit: nimia atrocitate nõ ſæuit. Marcus diligẽter audiẽdo: ſyncere: & iuſte iudicãdo magnã laudẽ ade ptus eſt: & gloriã pene ĩmortalẽ ſibi ipſi pepit. Vt pbũ Cardinalẽ & Epm decet, id in primis pſtabat ne mẽtiret. Id agebat: ut qualis uideri uellet: ta is

esset: Quod quidem Socrates compendiariam uiā esse dicebat ad acquirē dā fidem: iustis autē ita fides habetur: ut nulla sit in his fraudis: iniuriæq; su spicio. Adulatores tanq̄ bestias humāo generi pestilentes: & rōnis iudicium sub boni specie surripientes exhorrebat: neminiq; detrahebat. Et quoniā pa ti multa necesse est mortalem: mala: casus sinistros fortiter tulit. cū Italia bel lis arderet, oēs suos reditus quidam proscripti multos annos corripuerunt hanc sibi imerito illatā iniuriā æquo aīo passus quadam animi temperātia aduersæ fortunæ reluctatus est. Tēperantia. n. est quæ oēs humanæ uitæ ap petitus moderatur: & infrenat: cauetq; ne in homicidia: in furta: adulteria: dāna: dedecora: iudiciorū: legūq; pœnas: morbosq; graues incidamus. Qui uero hæc mala fecerit, dignus est morte (ut inquit Paulus) Appetitus. n. quā tūuis a temperantia regatur: semp tamen diuerticula quærens aliquātulum refugit: & quasi bos plaustro subiugatus & bubulci stimulo punctus ad car pendū gramen collum intorquet. Marcus a lege rōnis illū præuaricari: & in sanire nō permittebat, clandestinas illius insidias repellebat. Cibi: uiniq; na tura parcissimus erat: hocq; utebatur aqua diluto. Interdiu nō bibebat: ppo tiōe aliqñ æstatis tpe pomū succi uinosioris sumebat. Nō minus cōtinēs: so briusq; q̄ L. Torius balbus fuit: omni ciborū genere abūdans: cibo: potuq; parcissimo & ad cōcoquēdū facillimo utebatur. Qua ex re nō minorem lau dem meretur: q̄ Gordianus: & Theodosius Imperatores: quorū alter tanta cibi parcitate usus est: ut celerrime uel pranderet: uel cœnaret: Alter uero modico cibo cōtentus nusq̄ ciborū cupedias: nec pretiosa obsonia exquire bat. Ex tēperantia: qua appetitus rōni obtēperat: quædā animi & corporis cōsonantia efficit ppetuā fere utrisq; sanitatē: & corpori diutinā uitā polli cens. Philosophicis. n. rōnibus iudicat Plato cultuq; diuino ita aīūm: & cor pus tēpari posse: ut uel semp: uel diu saltē utrūq; pcul a morte seruet. Neq; uero falsum putari multi uoluerūt: corpus sub aīa penitus tēperata īmortale effici posse: cū id Mosaicū de primi parentis statu: atq; lapsu mysteriū conti neat. Animus ex ipsa sui natura adeo materiā oēm exuperat: ut cum primū in se ipsum fuerit restitutus: possit elemēta mūdi mira quadā uirtute moue re: atq; hēre in corpora quæuis īperiū quo fit ut multo magis in ppriū pos sit: Quod qdē & ab initio Adā si nō peccasset: poterat experiri: Et quidā pu tat Enoch & Heliam: & Ioannē Euangelistam adhuc rōne quadam simili

uiuere. Exhortatur idē Plato unūquēq; ut contendat placere Deo: atq; ut id cōsequatur ut similem se deo reddat: similē inq̄ per temperantiæ puritatē. Quanta deniq; Marci fuit in deū immortalē religio: pro qua quidē ornāda:& amplificāda labores maximos perferre nō dubitauit. Sacris initiatus:& pietatis uinculo deo obstrictus soli deo obseq:& placere curabat. cū .n. primū honorē deo debeamus: scđm autē aīo. Deū in primis colebat:& supplex uenerabat̄ nunq̄ igit̄ Dei:uel uirginis aut sanctorū nomē contēptui habuit:uel execratus est. nec genus aliquod blasphemiæ:aut obscœnitatis ex ei⁹ ore unq̄ ꝑdiit:quotidie Deo officii diuini pensum apte:cōcinneq; ꝓnūciando reddebat:sacramenti mysteria attente:& pie audiebat. Aīum tanq̄ diuinorū speculū excolebat:quē intra se ipsum iudicē hēbat:ad cuius legē uitā dirigebat. Nā peccatores:& impii nō aīum honorant:sed lædunt:& deiiciunt:& q̄ hanc uitā sūmū bonū censent:q̄ uirtuti corporis formā:aut opes anteponūt aīum uituperant: Ille uero aīum honorat:qui uirtutes sequit̄: & inuestigat: eligitq; qđ est oium optimū:eiq; per oēm uitā firmiter adhæret. Optimū aūt bonorū ē religio: cuius præmiū est imensi boni sempiterna possessio. Hæc est illa scala:quā Iacob contēplabat̄: Hæc est illa nauis: qua æstus marinos tuto trāsire possumus. Incredibile ē, q̄ pie & imaculate uixerit: posteaq̄ a beatissimo Clemēte pōtifice maxio in Epm cōsecratus fuit. Licet .n. tātā pecuniaꝶ sūmā eo tpe:quo pp bella reditibus suis priuatus erat, uiuēdi cā aliqñ cómodo:nōnū q̄ fœnore accepisset:quātā ad extremū usq; uitæ difficile fuerit dissoluere:tñ nō cessabat:palā aliqñ rogātibus egenis elemosynā dare:sæpius uero occulta ope plurimos iuuare:illđ ex christiana traditiōe secut⁹:cū facis elemosynā:qd dextra faciat tua nesciat sinistra. Perfecta est elemosyna:ubi silentio q̄s opus suū tegit:& pauperū necessitati occulte subuenit. Ingētes sūptus in resarciendis ædificiis restituēdisq; tēplis ꝑ bella dirutis:& cōcrematis annuatim faciebat ædes a fundamētis multa īpensa ædificādas curauit: Empta ꝑparataq; erant multa centena millia laterū ex creta figulari ductorū:& calcis ingens uis ad ædificia tēploꝶ amplianda: Pecuniarū eteni possessio oibus cōis est:usus aūt dispar: Alii possident: Alii abutūtur: Alii uero utunt̄. Qui solū possident infelices sūt:q̄bus deest tam qđ hñt q̄ qđ non hñt:tñ illis diuitiæ ꝓsunt:quā

tũ Tantalo aqua. Qui possidet:& abutit̃:is longe a felicitate alienior est q̃ qui eis uti negligit: cũ.n.patrimoniũ dilapidarit:inops: miserq; despiciet̃:contẽnet̃:illudet̃:qui possidet:& utit̃ ipsa bonorum possessione bñs erit:nã & diuitiis fruetur:& aliis opitulabitur:& beneficus erit:quo quidem nihil est naturæ accomodatius. Marcus ipse nõ aliqua ductus gloria amicis largiebatur:liberalitate erga oẽs utebat̃:nihil esse tam regium tam munificũ existimabat:quã donare:& hoibus opem ferre. Hac liberalitate amicos plurimos sibi cõparauit qđ pretiosissimũ diuitiarum genus maiores nõ iniuria crediderunt. In calamitatibus .n. unũ existimatur ad amicos esse refugiũ. Clementia uero tanta fuit:ut iniuriarum oblitus simulates libens deponeret:facile oibus parceret: suffragator inimicis esset;omnibusq; opẽ implorantibus prodesset. Illos:qui in eius familia erant:quantũ occasio sinebat ditabat. Siquis morbo corripiebat̃:ministros:medicos:& medicinarũ sumptus adhibebat:oẽs humane tractabat:oẽs ẽt humillimos benigne audiebat. cõsueuerũt apud principes nõ nulli familiare; qñq; omnia posse:qñq; nihil:hos ratiotinatorum calculis Solon cõparare consueuerat:ut.n.illi modo maiorẽ:mõ minorẽ numeꝝ significant:ita & principes:pro ut libitũ fuerit:aliqñ illustrẽ:aliqñ obscurũ amicũ faciunt:nullos ipse unq̃ depressit:aut dehonestauit:pro eorum meritis oẽs æque honoribus afficiebat: æque amabat: æque fouebat. Illud in primis obseruatũ iri uoluit: qđ ad inuidiã:simultates:rixas:odia tollenda inter familiares pullulare solita plurimũ cõducit:ut multi gradus & ordines in familia ponerent̃:i singulis aũt ordinibꝰ æq̃litas seruaret̃ neq; qđ despectui hẽret̃:aut uilesceret:aut excãdesceret:uel præ nimia libertate insolesceret:sicuti Cleãdrũ Phrygẽ fecisse traditũ est:q cũ solus cõmodi Imparatoris cubiculi:& prætorii corporisq; custodiã curamq; hẽret:in tãtã insolentiã exarsit:ut Cõmodo necesse fuerit:quo pñtis mortis periculũ euitaret,caput eius amputari contoq; præfixũ circũferri iubere:uoluptuosum sic atq; optatũ populo spectaculũ præbens. At quoniã male agit̃ cũ domino: cui familia nõ paret:æque oẽs ei obediebãt(ut dicit Paulus)cũ timore & simplicitate cordis:& ipsẽ paria rependẽs: siqđ aliqñ deliquissent: illis ignoscebat. Quicqđ uero dabatur ocii,id totũad eas exercitationes cõuertebat:quibus aut ingenium acũtius, aut corpus robustius redderet̃. Non

uetita legibus alea: nō illiberalibus ludis: qbus lucrū di infana cupiditas suppeditatur: sed uenatione sese exercebat: quam Apollinē: & Dianā inuenisse antiqui tradiderūt: ppterea q; uenatorū mos erat pdæ partē huic deæ offerre. Ferarū uenatio (inquit Plato) oīum optima meliores iuuenū animos facit: Sicut. n. ociū: & uoluptas hominū: & animos: & corpora emolliūt: ita uenatione neutri remollescunt. Quippe in oībus rebus agendis omnis prudens uenatorē imitatur: qui explorando discurrit: sagaciter insequit: neq ignaue desistit: hoc faciunt boni mercatores: hoc causidici: hoc iudices: hoc Imperatores: hoc terrarū principes: & reges. Socrates de fortitudine disceptans Niciam inuitat ad hanc uenationē. Marcus ea utebatur, ut hoc exercitio: quo omnes fere Heroes delectati sunt: sanitatē iis rebus: a quibus abest turpitudo: quæsitam cōseruaret. Venatio uires auget: Auditū acuit: Agilem facit: nec tam cito senescere pmittit. Nihil ea aptius est ad exigēdas cupiditates illas: quæ effœminatos reddunt: sensus auferunt: & rōne adempta homines in bruta cōuertunt. Propter hanc laboriosam delectationē: nunq̄ diuina officia: domestica: aut publica negocia ptermisit. Achilles: Vlyssesq; uenatione usi sunt: Plinius iunior doctissimus uir uenationē obibat: Adrianus Impator canes sic amauit: ut eis sepulchra cōstitueret: Hæc regē Persarū Cyrū delectauit. Chiron uenator fuit iustissimus: & optīus uir: qui ob suas uirtutes in cælū translatus sagittarii signū cōstituit. Nequid aūt studioso homine dignū ipsius ingeniū auersaret: agri colendi scientia: & uoluptate mirifice afficiebat: quæ (Catonis snīa) ad sapientis uitam proxime uidetur accedere. Quantā in eā rem solertiā adhibuerit: Martiliani uilla declarat iuxta dextrā tyberis ripā ad septimū lapidem ab urbe posita: ad quā p uiā salariā itur: in qua caprilia: bubilia: equilia ære suo extruxit: ibi regiū equitiū: bouū armentum: caprarū grex stabulabantur: ibi pauonū multitudo uisentiū oculos oblectabat: quorū mãsiuncula ita cōmode parata erat: ut oī careret uligine: Perticæ exemptiles quadratæ auem adsilientē recipiebant: nō deerant septa clatris distincta: in quibus cibaria spargebantur: ut æqualiter sine rixa uniuersus grex pasceretur: omitto multa alia altiliū genera: quæ intra uillæ parietes pascebātur: omitto fructiferarum arborum syluam: uireta amœna: uineta optima: aliaq; multa ab eo præclarissime digesta: De cognitis mihi hæc pauca dicere collibuit. cū aūt patriæ: patrisq; uisendi desiderio tenere

tur:sexto Kalendas Iulias circa horam uigesimã secũdam Romã profectus tanto impetu subinde mutato equo cucurrit:ut quarta die Clodiã uenerit: inde Patauiũ:ubi octo dies cũ parentibus:& fratribus cõmoratus est: Patauio digressus Venetias appulit.Dũ aũt paludes traiiceret:cymbarũ patritiis Venetis oneratarũ multitudo ei occurrit.Domũ Corneliã frequentãt.Marcũ salutant:& uenerantur:eidẽq; gratulantur.Dũ tantopere gaudent: exultant:& lætantur: secunda inde nocte inopinatus accidit casus. Visi sunt per quietem nõnulli uidere pallidam mulierem uultu minacẽ:toruo aspectu:labiis tremẽtibus:oculis emissiciis dentibus stridẽtẽ:per uniuersas ædiũ ptes uagantẽ:quãlibet remotissimã latebrã scrutantẽ:lucernas:qbus domus illustrabatur extinguentẽ:uerbis rabidis dicentẽ.Quid patriæ charitas Camillo? Quid Aristidi Iustitia? quid Scipionibus duobus belli fulminibus fortitudo? Quid eloquentia Ciceroni? Quid Põpeio magnanimitas? De his omnibus uictrix triũphũ egi.Meis telis periit Abel: Ioseph ludibrio est habitus: Adamũ e deliciarũ horto expuli:Insidias in cælo paraui: Nũ hũc:q me tantis doloribus afficit, superare nõ potero? Hæc inussitans abiit.Hoc timẽdo somnio expgefacti: se delusos arbitrabant̃:neq; fidem his cõmẽticiis supstitionibus adhibendã esse.Noctis sequẽtis quarta uigilia:nescio quo fato eadẽ spẽs reuertit̃:ægritudinũ cohorte uallata:febri ĩperat ut Marcũ adoriatur:dicto obediens est:& cũ eo facibus ardentibus & caloris ui decernit:cũ aũt illũ deterrere ñ posset:celebratã suã sæuitiã ad ludibriũ ricidere timens tormentoꝝ gña quatuor ad illius corpus applicuit: quoꝝ unũ caput: aliud cor:tertiũ stomachũ:quartũ renes indeficienter quaterent & torquerẽt:Accersiti medici cõsultissimi:ut in hac urbe quisq̃ eẽ poterat:cuius morbi æger esset explorant:nullũ mediciæ genus,quo opitulari posse arbitrarent̃:intentatũ relinquũt.Creditu difficile est: quãta patiẽtia corpus curatiõi pbebat:cũq; dolores medicamẽtis frustra inhiberẽt:& tot telis circũsessũ corpus cõtinua pugna resistẽdo ñales spũs defessi tueri nõ possent:paulatim receptui canere cœperũt.qđ sentiẽs Marcus ut hinc corde mũdo abiret cõfessiõis sacro mẽtẽ expiauit:& mũdana sorde purgauit.Oportet.n.illũ q ad Deũ ire desiderat,mentis:& cõscientiæ oculũ purgare a caliginosis materiæ sordibus:qđ fit per confessionẽ rite factam:purgatũ deinde oculũ in ipsam diuini solis lucẽ dirigere: quod

fit p corpus christi susceptionē:qđ quidē Marcus sponte postulauit cū aūt illud sacerdos afferret:simul ac uideri potuit, e lecto in terrā ꝓsiluit: genibus flexis:lachrymis uultum rigās hmōi uerba habuit. Tu es deus meus:qui me creasti: Tu uere ille es:qui ꝑ me peccatore in tuo isto:qđ præsens cerno corpore, grande subisti supplicium: Tu es:qui iudicabis uiuos & mortuos. O sacrmu peregrinatiōis meæ, uiaticū: in quo omne delectamētū:oīs meditia:oīs requies. Tu lux oēm hoīem illuminās. Te ueneror:colo:adoro. Te deprecor, cui propriū est misereri:ut mihi parcere digneris:ut nō longe facias auxilium tuū a me:neq; scđm peccata mea retribuas mihi:sed mihi peccatori ꝓpitius esto. Tp̄s istat: ut puluis in puluere reuertat̄:cum .n. extrema hora uenerit, in manib⁹ tuis Deus meus spiritū meū cōmendo:ut tecū admirabilis paradisi locū ingrediatur & inhabitet in domo tua in ꝑpetuū. his dictis ꝑcusso pectore sacrū Dn̄i corpus suscepit, & in purificatā mentē & in deū directā imensa lux placido se infudit lapsu. Hoc sacratissimo cibo defectū cōtinenter undecim dieꝝ morbis:tormētisq; corpus recreat̄. & nō parū cōualescit. Corpus.n. tormēta illa q̄tere desistūt:febrilis ardor deferbet:Paulatim uires recipit:certa salutis spes orit̄. pendino die syderū medici obseruātes mot⁹ medicinā ei ꝓpinarūt:ea sūpta:pauxilatim recedeř ī morbū cœpit. Quare deficientibus iuribus:q Venetiis pridie idus Februarii anno ab incarnatione millesimo quatringētessimo octuagesimo natus fuerat ibidē se primo Kalendas Augustas millesimo q̄ngentesimo uigesimo quarto inter đcimā & undecimā horā Deo optimo maximo aiam reddidit. O fallacē hoīum spem:fragilēq; fortunā: & inanis nr̄as cogitationes: quæ in medio spacio sæpe frāgunt̄:& corruūt:& in ipso florenti uitæ cursu obruunt̄. Qui aūt Marco annus fere primus ad excellentes dignitatis gradus:& ad opes aditū dabat:is eius omnē spem:& oīa uitæ cōsilia morte præuertit. Nā tunc cum putamus stare cadimus:& collidimur. Est hoc luctuosum suis:patriæ acerbū:amicis oībus graue:& dānosum. O hoīum sors ignara:q̄ repente ea gratulatio:ea uoluptas:illud gaudiū:q̄bus aductu Marci parentes:& amici oēs afficiebant̄ in lachrymas:in dolores:in luctus cōciderunt: Quid acerbius: Quid infelicius accidere poterat: Tam suauissimo:tā integerrimo:& prudētissimo Cardinale in fastigio diuitia-

rum:& honoris posito priuati sunt: Verũ cum mecũ repeto patres optimi (ut audiuistis) q̃ fuerit ab ineuntibus annis religiose institutus: q̃ in oĩ uirtutis genere pfecerit cũ maxima suoꝝ laude: patriæ gloria: & utilitate: q̃ pie: prudenter: iuste, & integre usq; ad extremũ uixerit: nemini dubiũ esse existimo hunc ad supos: unde fuerat ad nos demissus redisse. Quæ quidẽ res nõ solũ dolorẽ mitigare: sed leuare debet: qđq; longinquitas tp̃s efficere solet id sapientia uestra fiat. Abiecit membra fragilia breui momento duratura: Accepit gloriã: & eam quidẽ immortalẽ: frustra n. ĩmutabiles naturæ leges ingemiscimus: lugemus: lamẽtamur. Nã si certũ morti lachrymæ remediũ forent: maxima hoĩum multitudo suos sibi luctus deuouisset. Pro hoc diuino homine reuocando infiniti prope hoĩes suas pfunderẽt affatim lachrymas: & alienas argento: auro: & omni pretiosa supellectile conducerẽt. Verũ eat omnis inter luctus dies: Noctẽ sine somno tristitia cõsumat: Ingerãtur lacerato pectori manus: & in uultũ impetus fiat: defunctũ tamẽ non reuocabitis. Sors ĩmota: Mors tenẽs quicqd abstulit nullis planctibus: nullis eiulatibus mutatur. Fluunt amnes: uenti spirant: sylua folia parturit: mox eadem arescunt & cadunt: leuia sursum tolluntur: grauia deferunt̃: nullum tñ hæc oĩa deflere audiui. Nõ ne ita cõsuetæ naturæ uices sunt, mortalẽ mori: corrũpi corruptibile? Cur igitur tam moleste ferimus? cum necesse sit omne concretũ dissolui: eoq; redire: unde uenit. Necesse quoq; est: ut incorruptibile a corruptibili separet̃: corruptibile est corpus: aĩa uero incorruptibilis: corpus mortale est: anima autẽ immortalis. Corporis mors ineuitabilis: cuius boni: & mali: pauperes: & diuites partem parẽ capiũt: & illorũ omniũ corpus uermiũ esca fit: Anima uero pro uirtutibus: uel uitiis: uel plectitur: uel æterna amœnitate fruitur. Mentẽ ipsam uiri clarissimi ad humanã fragilitatẽ: ac huius sæculi calamitates conuertite: ipsius uitæ quotidianas curas: incõmoda: molestias: angores dinumerate: felicẽ immo contentũ inuenietis neminem. Nullã inuenietis uoluptatẽ: quæ non sit multis amaritudinibus respersa sæpius relinquens causas pœnitendi: quã recordandi: unusquisq; suos patitur manes. Est. n. mundus iste perinde ut mercatus aliquis: q maximo ludorũ apparatu & celebritate habeatur. Multi eo confluunt mortales: alii alia causa: & demũ abeũt omnes. Quidam ut mercimonia sua pluris uenditent: Quidã merces suas mangonizant & laqueos ita pecuniolæ tẽ

dunt: Alii alia pertractant negocia. Ibi pariter uisuntur: Qui pondus robu ste attollit: Qui spatii plurimum transilit: Qui lucta plurimos deiecit: Qui cursu peruolat: Ibi comoedus sermocinatur: Tragoedus uociferatur: funere pus periclitatur: Petaurista iactatur: Saga indagatur: pstigiator deludit: Aretalogus nugatur, & multa alia ludorũ: negociorum: deceptionum genera: ita & in hanc uitam diuersis hoies studiis conueniunt. Alii pecuniæ desiderio: deliciarumq; tenentur: Alii principatus: & imperii cupiditate solicitantur: Alii gloriæ stimulis agitantur: Alii uoluptatum blanditiis titilantur: ita nemo quietus: nemo sua sorte contentus: inde tandem proficiscimur omnes: Nudi ingressi: nudi nihil nobiscum nisi id mali aut boni quod egimus ferentes: egredimur. Silenus monuit. Midam regem uitam hanc esse cruciarũ: & infortunium maximum: cũ.n. arbitramur nos sublimes esse: tunc ut flos: ut herba cadimus. cum nascimur: iter mortis ingredimur: Nobis uiuentibus uita ipsa moritur: ætas ætatem pellit: & mors senectutem: aliquotiesq; ætates pariter omnes exigit: & fugat. Sicut.n.e Clepsydra guttatim aqua dilabitur: & eam nõ extremum stillicidium exhaurit: sed quicquid antea defluxit: sic uita nostra: non it: sed fugit: & quicquid temporis transit: perit: & ultima hora: qua esse desinimus: non sola mortem facit: sed consumat. Nec uero ꝙ ante senectutem e uita discesserit, angoribus conficiamini opus est. quid nam dierum numerus: aut annorũ accessio amplius affere poterat? quo aut gloriam augeret: aut amplitudinem. Refert.n. magni bene honesteq; non autem diu uiuere. Cita mors aliquoties calamitatem repellit: tutumq; est: & cunctis optimum receptaculum: ad qđ multi quos huius sæculi malorum pertæsum erat, ultro se receperunt. Cato in Cæsariana tyrãnide mortis metum extinxit: Cleopatra: Hãnibal: & alii plures quasi remedio calamitatũ unico obuiam fato suo iuerunt. Non referam Iunonẽ censuisse mortẽ illud optimum esse: quod adiis dari posset. Et propterea pro ea pietate: qua Cleobis & Biton matrẽ sacerdotem ad sacra Iunonis peragenda traxerunt: morte donati sunt. Multis diutius uixisse nocuit: & uita ipsa miseri: infelicesq; fuerunt: qui mori poterant felicissime. Sors humana tam peruersa: & fluctuans est: ut potuerit exigui temporis adictione fastigio illum suo depellere: quod euenisse Pompeio: Cæsari: Ciceroni: & multis aliis legimus: & fortasse nostra ætate huius infelicitatis uiros uidimus. Non.n. longissima:

ſed quæ honeſte acta eſt ætas laudatur. Marcellum, Scipionẽ: Alexandr
aliosq́ꝫ innumerabiles nõ ſenectus: uerũ bellicæ uirtutes: res egregie geſt
celebrant. Nec ea ꝑfecto uita eſt optima: quæ uel Neſtoris: uel Argáthon
annos uixerit: ſed quæ proba: honeſta: ac pia fuerit: & apud Deũ proba
qualem Marci uitá fuiſſe oſtendimus. Deſinant igitur profunda ſuſpiri
ſiccentur lachrymæ: abſit mœror. Ná Cygni: authore Socrate: quos fall
homines mortem flere criminantur: Apollini dicati, cũ ſe morituros pr
ſentiunt: tũc maxime canunt dulcius q̃ antea cõſueuerunt, cõgratulátes ſi
qđ ad deum Apollinẽ, cuius famuli erant: ſunt migraturi: Igitur uos quoq
Marco congratulamini, qđ uitæ ſpacio egregie probe q́ꝫ decurſo ad deum
cui nuncupatim ſe dicauerat: reuerſus eſt: ubi inter beatos æuo fruetur ſem
piterno.

F I N I S.

Venetiis in ædibus Ioannis Tacuini de Tridino.
M. D. X X V. menſe Ianuario.